



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. II. Quam necessaria modestia etiam proprio nostra profectui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

& exteriorē cōpositione oriūtur, D. Hier. hunc ponit: *Ve loquacibus compunctionem ingerant, & intrandi ad societatem vestram sancta desideria incitent; & affectus ad celestia moueantur.* Scis quid faciat (ait) religiosus huiusmodi suo silētio & modestia: vehemens & efficax est reprehētio loquaci, & ei, qui parum habet modestiē & collectionis, vidēs se talem non esse. Hi sunt (dicit) qui domos religiosas replent, & eas sustentant, & in virtute & sanctitate conseruant: suo. n. exemplo alios mouent & excitant ad deuotionem & celestia desideria. Hoc est, quod Pater noster à nobis exigit, vt hic sic pcedamus, quo vnus alterum considerates omnes in deuotione crescant, & Dominū Deum laudent. Dicitur S. Bernardin. tanta modestia fuisse & cōpositionis, vt omnes socios sola presentia cōponeret: & non opus esset alio q̄ diceret Bernardin⁹ venit, vt omnes se cōponeret. Et de S. Luciano martyre narrat Metaphrastes & Surius in eius vita, quod gentiles solo eius aspectu cōuertebantur & mouebantur, vt se Christianos faceret. Hi boni sunt concionatores, S. Ioannis imitatores, de quo dicit Euangeliū: *Erat lucerna ardens & lucens.* ardebat. n. magno Dei amore, & multā lucem proximis impertiebat mirabilis vita suā exēplo. Hoc nobis magnū in cōtinentiū esse debet, vt summa in omnibus modestia vtamur, ad zedificandū proximos, & exijs dictū fructum ferendū. Sin minus, vbi est zelus & maioris gloriē & diuini honoris desiderium, ad animas lucrandum, quid instituto nostro tam proprium est nisi in id incumbamus, quo ipsi tam zedificantur & vincuntur, quod tam facile nobis factū est.

CAPVT II.

Quam necessaria modestia etiam proprio nostro profectui.

COMMUNIS Sanctorum doctrina est, modestiam & sensuum custodiā singulare esse mediū, ad spirituale pfectum nostram necessarium, multum. n. prodest ad cordis custodiā & interiorē collectio-

nem, & deuotionis conseruationem, eo quod hæc ostia sunt, per quæ omne malū in cor intrat. S. Hier. in illud Iob: *Nūquid aperta sunt tibi porta mortis, & astra tenebrosa vidisti?* dicit in sensu tropologico mortis portas sensus nostros esse, per hos enim intrat mors peccati in animam, vt & bene dicit Propheta Ieremias: *Ascendit mors per fenestras nostras.* Dicit vocari ostia tenebrosa, quia dant ingressum tenebris peccatorum. Idem dicit S. Gregorius, vt & est communis loquendi modus Sanctorum, sumptus ex Philosophia: *Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu.* Dū ergo in aliqua domo ostia sunt clausa & bene custodita, omnia secūra & sine metu sunt, sin aperta & sine custodia sunt, vt quisq; intret & exeat vt vult, non secūra erit domus, saltem non erit quies & tranquillitas in illo tot hominum introitu & egressu. Idem & hic contingit, qui enim bene custodierint sensuum portas, erunt collecti & deuoti; sed qui eorum curam non gerunt, non habebunt pacem & quietem in corde.

Hinc nos monet Sapiens: *Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Omni custodia dicit, vt indicet magnum huius momentū, portis enim bene custoditis, custoditur & cor. Dicit S. Gregor. *Vnde nobis ad custodiendum cordis mundiciam, exteriorū quoq; sensuū disciplina seruanda est.* Et S. Doroth. ait: *Assuesce oculos non circumferre ad alienas & vanas res, hoc enim labores omnes monasticos deperire facit.* Quidquid multo tēpore lucratus es multo labore, facile petibit per has sensuum portas, nisi labores illas bene custodire, & inanis & vacuus eris. Quam recte dixit Sanctus quidā: Breui negligentia perditur, quod multo labore & difficultate per gratiā paratur. Alio loco dicit S. Doroth. *Cauē à multiloquio, hoc enim sanctas ac rationabiles & à celo aduenientes cogitationes penitus extinguit.* Et contra dicit S. Bernard. *Inge silentium, & ab omni strepitu secularium perpetua quies cogit celestia meditari.* Et de oculorum modestia agēs, ait: *Oculi in terram demissi iuuant ad*

Hieronymus. Iob. 38. 17.

Ierem. 9. 21.

Greg. 21. moral. e. 7.

Custodi cor. Troi. 4. 23.

Greg. lib. 21. mor. c. 2.

Oculos. Doroth. ser. 21.

Ths. à Kemp.

Doroth. serm. 20. Linguam.

Bern. ep. 78.

cor semper caelo leuandum. Id re ipsa discimus, dum enim oculos modeste demittimus, sumus collecti & deuoti.

Cassian. l. 4. de inst. renun. c. 41. Esto in multo sine auribus oculis, lingua.

Hæc causa est, ob quam dicebant sancti Patres Ægypti (vt refert Cassian. illum, qui vellet parare perfectam cordis munditiam & puritatē, & habere deuotionem & collectionem, debere esse surdum, cecum & mutum. Hoc enim modo sensuum portis oclusis anima pura esset, & imaginatio non vaga, & disposita ad agendum & conuersandum cum Deo. Sed dicit aliquis, quomodo posset quis esse cæcus, surdus & mutus, qui toties cum proximo agit, & necesse est ei videre, & multa audire, quæ nolle? Remedium hic est illa audire, quasi non audirentur, & illis introitum date altera aure, egressum vero altera, nec permittere menti in hære, sed illa statim missa facere & floccipendere. Nar-

Ephrem to. 2. c. 73. de varia doctri. p. 234.

rat Ephrē, quod proposito optime conuenit, de quodā monacho, qui a sene quodam patre petebat: Quid faciam? Abbas iubet, vt pistorem in pistriuo iuuenem, & ibi sunt iuuenes externi, quæ multa impertinentia tractant, quæ me audire non decet: quomodo me geram? Respondit Sene: Nunquid vidisti in schola pueros multo cum murmure & strepitu disceates & legentes lectionē, quæ magistro recitare debent, & vnusquisq; suæ lectioni intētus est, & nō aliorū, quæ scit se suæ rationē dare debere magistro, & non aliorū. Tu fac similiter & non attende ijs, quæ alij dicūt vel faciunt, sed tuo solū officio, hoc enim est, cuius Deo ratio reddenda est. Dicitur

Tali erat S. Bernardus.

S. Bernardus cor tam in Deo fixum habuisse, vt videns non videret, & audiens non audiret, & suis sensibus vti nō videretur. Exierat annū nouitiatus, & adhuc ignorabat, ex quo factū esset tectum cellæ, an esset cameratū, an ex ligno, erant in templo tres fenestree vitree, & ipse nunquā nisi vnā viderat. Profectus erat fere toto die per ripā lacus, & loquentes post socios de lacu interrogabat, vbi lacum illum vidissent, ille non viderat. Similiter dicitur de Abbate Palladio, quod vigineti annos in cella habitauerit, & nunquam leuauerit

Palla. in Præto spirit.

oculos in tectum. Hoc modo, quāuis in mundo cū proximis agamus, surdi, cæci & muti erimus, & itrepidus, quæ audimus & videmus, nō impedit profectū nostrum,

CAPVT III.

De aliquorum deceptione, qui exteriora hæc parui faciunt, dicentes in his perfectionem non esse sitam.

EX dictis facile colligere est, quam fallantur, qui exteriora hæc parui faciunt, dicentes in his perfectionem non esse sitam. sed in cordis interioribus & veris & solidis virtutibus. Lipomanus huic materiæ optime quadrans exemplum sumptum ex Prato spiritali adfert: Dicitur de quodam sene vno ex his, qui morabatur in deserto scythic, iuera quodam die Alexandriam, vt sportas venderet, quas fecerat, & vidit ibi monachum iuniorē, qui intrauerat tabernam, vnde senex hic multum tristabatur: & proposuit expectare, donec exiret, & illi mentē suā aperiret, & exeuntē duxit seorsum, & dixit: Frater, non vides, quod sis iuuenis, & quod inimici nostri laquei multi sint? nescis quantum damni accipit monachus, dū in vrbibus est, à figuris & representationibus, quas oculis & auribus percipit? quomodo ergo audes intrare tabernam, vbi tota malorum & mulierum consortia sunt, & vbi forsitan tibi mala audienda & videnda que nolles? ne, fili mi, amore Dei sic facias, sed fuge in desertum, vbi Deo iuante saluus & securus esse poteris. Respondit iunior: Vade pater, nō in eo sita est perfectio, sed in cordis munditia. Cor mundū habeo, quod Deus requirit. Tūc senex ad celū leuauit manus, dicēs: Benedictus sis Domine, 55 annos desertum Scithiæ inhabitato, cum maxima, quod potui, collectione, & adhuc cor mundum non habeo, & hic agens & conuersans in tabernas parauit cordis munditiam. Hoc ergo sit responsum tuum: Fateor essentialē perfectionem in cordis puritate & munditia sitam esse,